UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Novissima Polyanthea, In Libros XX. Dispertita

Dominicus

Francofurti, 1613

Nuptiæ

urn:nbn:de:hbz:466:1-97211

Visual Library

...norum virorum concilio conuocato de meris nugis con-
... l.30.c.2.

¶ Adagia.

Κρουνοχυτρολήραιος.
...nem ſtulte nugacem Græci vocabant κρουνοχυτρολήραιον, vo-
...ale compoſita à κρουνός, qua propriè dicitur aqua impetu ſca-
... χύτρα, olla, ληρεῖν, quod eſt nugari. Ollas autem ſtupidos vo-
... Refertur à Suida.

...ugæ theatri.
...tum nugas theatri appellat quotidiana conuitia, qua in me-
... lenones, & paraſitos iaciebantur à Comœdiarum actori-
...

Vide Garrulitas, Loquacitas, Lingua.

Nuntius.

¶ DEFINITIO ET ETYMOLOGIA.

Nvntius. Qui nunciat, & quod nuntiatur: Græce ἄγγελος, ἀγγε-... Meſſagier, meſſage. Nuntium, εὐαγγέλιον. Hebr. *Laac*, lega-uit, ablegauit, delegauit. Cognationem habet cum *Halac*, & ...ambulauit: nuntii enim ablegantur, vt ambulando perferant ...s nuntium. Hinc lego, legas, legare, legatus, legatio, &c. Græci ...is literis dicunt, ἀγγέλλω, παραγγέλλω, ἐπαγγέλλω, nuntio, an-... ἄγγελος, legatus, nuntius. Verbaliter non vſurpatur hæc ra-...atum ab ea deriuata: vt *Maleac*, legatus, nuntius, qui le-...e fungitur: & tribuitur tum Angelis bonis & malis, tum ho-...us Legatio ſeu functio & officium legati dicitur *Maleachuth*, ... 13. Quando verò de lætō nuntio agitur, Hebr. *Beſſorah* ap-... *Baſſar*, euangelizauit, nuntiauit noua, & bona ſiue læta o-... Cognationem habet cum *Sibber*, expectauit: Nam nuntius ... lætus ab omnibus expectatur.

¶ Biblici Loci.

...us fidelis laudatur, *Prou*.25.13.26. Nuntio ſtulto vti ridicu-... Nuntii Saulis prophetant, 1.*Sam*.19.21.

¶ Sententiæ Biblicæ.

Nuntius bonus.

...s autem fidelis, ſanitas. *Prou* 13.
...frigus niuis in die meſſis, ita legatus fidelis ei, qui miſit il-... ipſius requieſcere facit. 25.
...frigida animæ ſitienti, & nuntius bonus de terra longin-...

Malus.

...cetum dentibus, & fumus oculis: ſic piger his, qui miſe-... *Prou*. 10.
... impii cadet in malum. 13.
...dus pedibus & iniquitatem bibens, qui mittit verba per ... ſtultum. 26.

¶ Apophthegmata.

...*ppides* dictus eſt, ἡμεροδρόμος, quod vno die mille quingenta ...ficiens, Lacedæmonem peruenit. Idem ni fallor, cum vi-... Atheniensium aduerſus Medos in Marathone partam, ſe-... de pugnæ exitu ſollicito, nuntiaret, μέγα χαίρετε, inquit νικῶ-..., multum valete, vicimus, moxque expirauit. *Eraſm. lib*.8. ... *ex Plin l*.7.*c*.20.& *Caloni*.*c*.9.

¶ Adagia.

...d annuntias bellum. ὁ πόλεμον ἀγγέλλεις.
...*ſitum, vbi quis rem oppido lætam annuntiat, quod bellum ... omnium calamitoſiſſima.*
...uoluitur ad miluos. προκυλινδεῖται ἰκτίνοις. *Suidas*.
Accommodari poteſt in eos, qui noua ſpe geſtiunt.
Quid tibi Apollo cecinit? τί σοι Ἀπόλλων κεκιθάρικεν. *Zenodot.*
Conueniet, vbi quis à principe redeuntem percontabitur, quid ... tulerit.
Vulcanus tibi vaticinatus eſt. Ἀφθάς σοι λελάληκεν. *Suidas.*
Dictum, vbi quis crederet ſe rem habere certam, velut ex oracu-...
...a amicum nuntiat, apis hoſpitem. Σειρὴν μὲν φίλον ἀγγέλλει, ... μέλισσα.
Quoties complures eadem de re bene ominantur, aut vbi ſua ... ſpei blandiens, ex quibuslibet leuibus argumentis putat ... quod optat.
Minus habet mentis, quam Dithyramborum Poeta.

¶ Biblica Exempla.

Nuntii boni exempla: Rebecca, *Gen*.24.28. Rahel, 29.12. Filii Ia-...45.46. Iuda, 46.28. Vxor Manue, *Iudic*. 13.10. Ionatha & Achi-..., 2.*Sam*.6.12. & 17.21. Nuntius Eliſæi, 2.*Reg*.5.10. Leproſi, 7.10. Nuntius Ezechiæ, 2.*Par*.30.6. ancilla Annæ, *Tob*.8,16. Vxor Tobiæ, ...6. Mulieres reſurrectionem Chriſti nuntiantes, *Matth*.28.8. Angelus, *Luc*.2.10. Septuaginta Diſcipuli, 10.17. Rhode, *Actor*.12.14. Petrus, *v*.16.

Nuntii mali, triſtis, & infelicis exempla: Cham, *Gen*.9 22. Rebeccæ, 27.42. Iudæ, 38.24 Iacob, 37.32. Ioſepho, 48.2. Pharaoni, *Exodi* 14.9 Regi Ierichuntis, *Ioſ*.2.2. Siſaræ, *Iud*.4.12. Ionathan, 9.7. Vir de Beniamin, 1.*Sam*.4.52. Vxori Phinees, *v*.19 Samuel, 15.12. Item Ionathas, 19.2. Sauli, 24.2. vnus de pueris, 25.14. Amalechita, 2. *Sam*.2 19. Iacob, 3.23. Filii Remnonis, 4.8 Dauidi, 10.6. & 12.18.25.31. Chuſi, 18 32. Gad, 24.13. Salomoni, 1.*Reg*.2.*v*.29.41. Achab, 19.1. Miniſtri viri Dei, 2.*Reg*. 6.15. Regi Aſſyriorum, 17.26. Eliacim, &c, 18.37. Nuntii Ioſaphat, 2. *Paral* 20.2. relictis captiuis, *Nehem*.1.3. Eunuchi, *Eſth*.4.4. Nuntii Iobi, *Iob*.1.*v* 14.15 &c. Eſaias, *Eſa*.38.1. Nuntii Iſraelitarum, 1.*Macch*. 9.14. nuntius triſtis, 16.21. Diſcipuli Ioannis, *Matth*.14.12. Principi Synagogæ, *Luc*.8.49.

¶ Profana Exempla.

Apud Græcos ſi quid fauſti & feliciter nuntii afferrent, coronati aduentabant: ipſique ciues in communis ſignum lætitiæ coronati incedebant, ouantes, gratantesque. *Alex*, *l*.1.*c*.77.

Pugnam Marathoniam denuntiauit, vt Ponticus Heraclides tradit, Traſippus *Eroenſis*: plerique Ericlem memorant currentem in armis adhuc ex acie calidum, ac concidentem in ianua primorum, hoc tantum dixiſſe, ſaluete, nos ſalui ſumus: mox expiraſſe. *Plut. de gloria Athen.*

Fuit receptus *mos Romanorum*, vt quoties inſigni victoria conſules potiti eſſent, ob res proſperè geſtas, laureatis faſcibus prælatis incederent: literasque laureatas Romam mitti, aut nuncios cum iaculis laureatis aduenire, nauemque laureatam aut vittatam felicis victoriæ nuncium eſſe, *Alex*.*l*.1.*c*.27.

Romani ſiue rure, ſiue peregre redierint, præmiſſo nuntio adeſſe ſe vxoribus ſignificant, properantque velut exoptantibus & expectantibus lætum nuntium de ſe præmittere. *Plut. in q. Roman.*

Nuptiæ.

¶ DEFINITIO ET ETYMOLOG.

Nvptiæ, nuptiarum, matimonium, connubium, coniugium, coniunctio maris & fœminæ, omnis vitæ conſortium continens, Græce γάμος, Hebr. *Chathunnah*, à verbo *Chathan*. Affinitatem contraxit, propinquitatem iniit per deſponſationem, vt cum duæ cognationes, & familiæ, quæ diuerſæ inter ſe ſunt, per nuptias copulantur, & altera ad alterius cognationis finem appropinquat. Comprehendit omnes ferè gradus affinitatis: vt eſt ſocer, ſocrus, gener, & fratres ſponſæ ſeu vxoris. Qui reſpectu ſponſæ ſponſus, ſoceri vel ſocrus gener, *Chathan* appellatur, *Gen*, 19. *v*.14. *Exodi* 4.25 *Iud*.15.6.& 19.5 *Ierem*.16.9. Socer idem dicitur *Cothen*, *Exodi* 3.1.& 18.1. Socrus, *Chotheneth*, *Deut*.27.23. Dictæ ſunt etiam nuptiæ *Chippah*, à verbo *Chiphah*, vel *Chippah*, id eſt, obtexit, obduxit, operuit, obuelauit. Et dies & ceremonia nuptiarum ſolemnitasque multiplex in ducendis vxoribus nuptiæ dictæ ſunt. Latinis à verbo nubere, quod propriè ſignificat velo, vel tego. Nubes enim velum & tegmen eſt lucis. Sed quoniam noua nupta, dum viro tradebatur, flammeo præ pudore caput obuoluebat, factum eſt, vt nubere accipiatur pro tradi viro. Cuius ritus antiquiſſimi exemplum illuſtre profert Moſes, *Gen*, 24. 65. Nuptiæ autem pro maris & fœminæ coniunctione ſæpius apud Latinos ſcriptores vſurpantur: Nuptiarumque dies à ſponſationum ceremonia diſtinctus eſt à veteribus.

¶ Loci Biblici.

Nuptiæ, pro conuiuio nuptiali, *Matth*. 11. 10. pro loco nuptiis celebrandis deſtinato, 25. *v*.10. allegoricè, pro vita beata & immortali, *ibi*. *Apoc*.19.9. Nuptiæ celebrantur. *Geneſ*.29.*v* 22. *Iud*.14.10. *Ioan*.2. *v*.1.2. Nuptiis interfuit Chriſtus, *Ioan*.2. *v*.2. Nuptiarum parabola, *Matth*.21.1. Nuptialis veſtis fides, *ibi*. ad nuptias Agni vocati beati, *Apoc*.19.9. Nuptiis benedicendi formula, *Gen*.24.60. *Ruth*.4.11.

Nubunt priores, quæ maiores ſunt ætate ſorores, *Geneſ*.29. *v*.26. nuptias damnare, doctrina eſt Dæmoniorum, 1.*Tim*.4.*v*.3. nubant qui ſe continere non poſſunt, 1.*Cor*.7.9. in reſurrectione neq; vxores ducunt, neq; nuptum dant, *Matth*.22.*v*.30.

¶ Sententiae Poeticae.

Nuptialia præcepta.

Nunquam oportet virum ſapientem mulieri
Remittere frenum, neque ſinere vt libere imperet.
Nihil enim dignum fide habet. Si quis vero conſequitur
Bonam vxorem, fortunatus eſt accepto malo.
Sed nunquam mentem habentes permittere oportet, quibus
vxor eſt.
Vt domum ad ipſam ingrediantur aliæ
Mulieres: docent enim res malas,
Alia quæſtus gratia matrimonium corrumpit.

Alia, cum peccauerit, multas morbi ſui vellet habere ſocias:
Multæ autem ex ſtultitia. Hinc eſt quod domus virorum male habeant.
Aduerſus hæc igitur bene munite
Seris & peſſulis ædium fores.
Nihil enim bonum introitus externi
Mulierum efficiunt, ſed varia & mala.

Naumachus.

Sed audi ô virgo, hæc omnia tibi obſeruanda ſunt.
Neq; procliuis ad riſum, neq; triſtis eſto.
Nec otioſa prorſus, ſed labores ſubeas moderatos.
Neq; tuis famulis duram aut valde lenem
Te præbeas: negligentiores domini ſemper damnum patiuntur.
Improbam anum domi nunquam receperis,
Multorum bene conditas familias peſſumdederunt anus:
Sed neque loquacem mulierem tibi aſſcites.

Suſario.

Malum ſunt mulieres, veruntamen, ô populares,
Hoc ſine malo domum inhabitare non licet:
Nam & vxorem ducere, & non ducere, malum eſt.

Euripides.

Non omnes aut infortunati ſunt in nuptijs,
Aut fortunati. Calamitoſus eſt autem, qui inciderit
In malam mulierem: Fœlix, qui in bonam.

Heſiodus in operibus.

Haud enim vxore melius quicquam vir acceperit
Bona: mala vero nihil eſt deterius:
Clanculum abligurientе, quæ virum vtcunq; egregium
Vrit ſine torre, & ad crudam impellit ſenectam.

Menander.

Vxorem ducere ſi quis veritatem conſideret,
Malum quidem eſt, ſed neceſſarium malum.

Euripides.

Nihil ſane deterius exiſtit mala
Muliere, bona vero eximie, nihil
Eſſe melius ſcio: differunt autem ingenia.
Ducas autem virginem, vt bonis moribus ipſam inſtituas,
Omnia diligenter circumſpiciens, ne vicini tuas nuptias irrideant.

Euripides.

Adhortor omnes homines,
Vt ex bonis viris bonos liberos gignant.
Sic enim nunquam malus euentus accidet.

Eurip. in Andro.

Non decet duabus mulieribus virum vnum imperare.
Sed vnicam ſpectantes furtiuam Venerem
Contenti ſunt coniuges qui bene conuerſari voluerint;
Bonæ matronæ eſt, ô Nicoſtrata!
Non imperare viro ſed obedire.
Mulier autem vincens virum, ingens malum eſt.

Eurip. in Medea.

Ad ſalutem præcipuum eſt,
Vxorem a viro non diſſentire.

Heſiod.

Ætate matura vxorem ducito,
Neque multo minor natu triginta annis,
Neue multo maior. Iſtæ enim tempeſtiuæ ſunt nuptiæ.
Virgo autem pubeſcens anno decimo quarto, nubat decimoquinto.

Euripides.

Nunc iuuenes adhortor omnes,
Ne in ſenectute nuptias celebrent,
Sed paulatim in iuuentute liberos procreent.
Nihil enim voluptatis habet.
Et res eſt inimica mulieri vir ſenex.

Nuptiæ non bonæ.

Quiſquis vxorem ducere deliberat, non deliberat
Recte: nam vbi deliberauit, ſtatim ducit:
Quod malorum vitæ multorum initium eſt.
Nam ſi quis pauper pecunioſam vxorem
Duxerit, non vxorem, ſed dominam habet,
Cuius famulus eſt. Quod ſi duxerit
Nihil afferentem dotis, iterum fit ſeruus.
Oportet enim deinceps vnius loco duos alere.
Duxit aliquis turpem, non amplius iucunda eſt ei vita,
Formoſa ſi ducitur, non eſt illa
Magis mariti ſui, quam vicinorum,
Itaque nullo modo malum cauere potes.

Philippides.

Dicebam tibi, ne vxorem duceres, ſed ſuauiter viueres;
Bini ſunt cum vxore iucundiſsimi dies.
Alter quo ducitur, alter quo mortua effertur.
Nihil eſt in inclyta terra muliere grauius.
Noui expertus: fœlix ille qui illam non curat.

Menander.

Tu qui vxorem ducere ſtatuiſti, ſcito quod
Bonum habebis, ſi minus malum delegeris.

Euripid. in Alceſt.

Fœlices animo homines innuptos, & ſine liberis.

Diphilus.

Bonam vxorem conſequi non facile eſt.

Anonymus.

Aſtrictus nuptiis non amplius liber eſt.

Theodoc.

Similes ſunt ſenectus & nuptiæ.
Vtramque enim conſequi deſideramus.
Poſtquam vero nacti fuerimus, triſtamur.

Antiphanes.

Infortunium extremum, nuptiæ ſunt.

De nuptijs, Poetarum Latinorum Sententiæ quædam.

Horatius lib. 1. Od. 13.

Fœlices ter & amplius,
Quos irrepta tenet copula: nec malis
Diuulſus querimonijs,
Suprema citius ſoluet amor die.

Ouid. lib. 2. de Arte.

Lite fugant nuptæq; viros, nuptasq; mariti;
Inq; vicem credunt rem ſibi ſemper agi.

Idem.

O quantum eſt vni poſſe placere viro!

Item.

Elige cui dicas, tu mihi ſola places.

Item.

Nulla ſit vt placeas alienæ cura puellæ:
Iam face vt & multis vna ſit illa tibi.

Martialis lib. 8.

Inferior matrona ſuo ſit Priſce marito:
Non aliter fiunt fœmina virq; pares.

Auſonius.

Par pari iugato Coniunx: diſſidet quod impar eſt.

Ouid. Epiſt. 9.

Quam male inæquales veniunt ad aratra iuuenci,
Tam premitur magno coniuge nupta minor.
Non honor eſt, ſed onus, ſpecies læſura ferentes.
Si qua voles apte nubere, nube pari.

Idem Faſt. lib. 3.

Nubere ſi qua voles, quamuis properabitis ambo,
Differ: habent parua commoda magna moræ.

Idem 3. de Arte.

Nupta virum timeat, rata ſit cuſtodia nuptæ:
Hoc decet, hoc leges iusq; pudorq; iubet.

Plautus.

Venit hoc mihi in mentem, Megadore, te eſſe hominem diuitem
Factioſum: me item eſſe hominem pauperum pauperrimum.
Nunc ſi filiam locaſſem meam tibi, in mentem venit,
Te bouem eſſe, & me eſſe aſellum, vbi tecum coniunctus ſim,
Vbi onus nequeam portare pariter, iaceam ego aſinus in luto,
Tu me bos haud magis reſpicias, natus quaſi nunquam ſiem,
Et te vtar iniquiore. & meus me ordo irrideat.
Neutrubi habeam ſtabile ſtabulum: Si quid diuortij fuat,
Aſini me mordicibus ſcindant, boues incurſent cornibus.
Hoc magnũ eſt periculum, me ab aſinis ad boues tranſcendere.

Euclioni hæc verba ſunt ad Megadorum, filiæ ſuæ nuptias ambientem.

¶ SENTENTIAE PHILOSOPHICAE.

Non tam parentum nobilitas & gloria, quam vxor reſpicienda eſt. Multæ enim perquam honeſtis & claris parentibus ortæ, malæ & impudicæ deprehenſæ ſunt. Non deſunt qui nullam vxorem ſibi ducendam exiſtimant, niſi diuitem. Verum hic egregiã ſeruitus, ſi quis ſeipſum vxori pecuniis affluenti ſubmittat. Quod ſi quis meæ ſententiæ fuerit, vel paruã dotem libenter capiet. *Nicoſtr. de Nupt.*

Oportet mulierem egredientem domo hunc ætatis terminum attigiſſe, vt qui non cognoſcunt ipſam, cuiuſnam ſit mater, non autem cuius vxor, interrogent. *Hyperides.*

Naturæ perpetuitatem promouere oportet, & filios filiorum relinquendo ſemper Deo miniſtros pro ſe ipſo tradere. *Plato legũ 6.*

Gignere debemus & educare liberos, vitam ceu lampadem aliis poſt alios tradendo. *Idem ibid.*

Spartanorum lex mulctam ſtatuit: primam, non ducenti vxorem: alteram ſero ducenti: tertiam & grauiſſimam illi, qui malam duceret. *Ariſtonis Commentarij, apud Stob. ſerm. 94.*

Vniuerſum genus noſtrum ad ſocietatem natum eſt. Prima autem & præcipua ſocietas eſt, quæ per nuptias initur. Nam ciuitates ſine familiis eſſe non poſſunt: & familia innupti manca eſt: integra autem & perfecta, illius qui vxorem duxerit. *Hierocles apud Stob. ſerm. 65.*

Bonæ mulieris virtus eſt, maritum conſeruantem non offendere. *Herodotus.*

Mulier parere, extremum dedecus eſt viro.

UNIVERSITÄTS-BIBLIOTHEK PADERBORN

…nec alios videre, nec ipſa videri debet, præſertim quæ ele… ornatâ fuerit. Vtrumque enim ad res inhoneſtas incitamen…

…mus conſenſus eſt nuptiarum, ſi vterque coniux temperan… exerceat. *Democritus.*

De ſecundis nuptijs. Dial. LXXVI.

Franciſci Petrarchæ.

Gav.

Secundas nuptias celebrabo. R. Si noſſes ad liquidum quid eſt … quid de illa magni ſcribant viri, ne primas quidem nu… celebraſſet. G. Secundas nuptias celebrare eſt animus. R. Si non … nuptiæ domuerunt, iam ſecundas celebra, ſi te nec illæ do… celebrabis & tertias. G. Secundis nuptiis intendo. R. Qui ex … coniugio prolem habens nouercam ſuperinducit, ſuis mani… ſuam domum mittit incendium. Si iuuenta vrget, aut libidi… vellicat ſenectus, qua nihil eſt turpius, poſſet forſan, (ciuiliter … potius quam honeſte dicam) poſſet inquam fortaſſis vtilius niſi … materia vel diuina lege vetitum eſſet, concubinali obſe… ſubuenire, quam nouercalibus odiis domus tranquilla turpa… Tito ac Domitiano ſuſceptis filiis Veſpaſianus prudentiſſi… princeps fecit. Et ætate hac Stephanus Columnenſis haud im… inter principes memorandos. G. Ad ſecundas nuptias inten… R. Potes id quidem ſecundum leges humanas, diuinis quidem … patientibus magis quam laudantibus, nota omnibus quæ … Paulus tractat Apoſtolus. Certè etiam apud Gentiles ipſos … lauor talium libertas, permiſſam rem potius quam proba… intelligere eſt. Siquidem multorum matrimoniorum experi… quaſi legitimæ cuiuſdam intemperantiæ ſignum eſſe veſtri … crediderunt, quæ amplexus Hieronymus quam multa cō… ſecundas nuptias quamq; acriter ſcribat, non eſt promiſſæ bre… inſerere, quæ quamuis in fœminas, non in viros etiam dici … videantur, & haud dubie ſexus ille maioris ſit debitor caſti… pudoris, plus tamen prudentiæ ac conſtantiæ debent viri. … mihi nuptiis eſt opus. R. Mirer, niſi veſtros mores noue… non tantum ſuperuacua, ſed damnoſa etiam vobis neceſſaria … Tu verò duriſſimi oris ſis, ſi ad te frenandum vxore opus … G. Ad ſecundas nuptias feſtino. R. Age age! dum feruor … refrixerit, dolebis, non notaſti quam dulcis eſt ſopor in … ſolum illum fœdum & miſerum actum cogitas qui … vulnerat.

¶ Apophthegmata.

… interrogabat quendam, cur vxorem ducere nollet: Is … reſpondiſſet, ſi formoſam duxero, habiturus ſum communem: … formem, pœnam Haudquaquam, dixit Thales: ſed ſi pul… duxeris, non erit tibi pœna: ſi deformem, communem non … *Stob. ſerm. 64.*

Thales roganti matri, vt vxorem duceret, nondum eſſe tempus, … deinde maior natu, non amplius eſſe tempus. *Stob. ſerm. 66.*

… interrogatus cur in vigore ætatis liberos non procreaſſet, … Quia nolui ſponte vitæ meæ faceſſere negotium, eiuſque … tranquillitatem turbare. *Idem ibid.*

…, iuuenes cœlibes & nuptias ambientes, ſimiles eſſe dice… piſcibus, qui alludunt circum naſſam & geſtiunt inire: contrà, … incluſi exire: ſimile in matrimonio, quod ambiunt liberi, … capti. *Diog. Laert.*

Sciſcitanti cuidam, vxorem an non duceret? Vtrumuis, inquit Socrates, pœnitebit. *Stob.*

Muſonius, cum quidam dixiſſet, Nuptias ſibi videri impedimento eſſe ad philoſophandum, reſpondit ſe aliter ſentire quum non fuerint impedimento. Pythagoræ, neque Socrati, neq; Crateti, quorum vnuſquiſq; vxori cohabitauit: nec vllos, inquit, alios nominare poſſis, qui melius ſunt philoſophati. *Stob. ſerm. 65. Vbi egregia multa à Muſonio dicta in laudem nuptiarum.*

Herocles. Vniuerſum humanum genus ad ſocietatem natum eſſe dicebat. Prima, autem, inquit, & præcipua ſocietas eſt, quæ per nuptias initur. Nam ciuitates ſine familiis eſſe non poſſunt: & familia innupti manca eſt: integra autem & perfecta illius qui coniugatus fuerit. *Stob. eod. ſerm.*

Plato ex nuptiis hanc conſolationem oriri dicebat quod naturæ perpetuitas inde promoueatur, & quod filios filiorum relinquendo ſemper Deo miniſtros pro nobis relinquimus, vitam ceu lampadem aliis poſt alios tradentes. *lib. 6. de legib.*

Chilon. Eius dictum celebratur: nuptias fragiles & æquales opibus celebrato. *Stob ſerm. 68.*

Euſebius philoſ. dicebat optimum eſſe conſenſum nuptiarum, ſi coniuges temperantiam exerceant. *Stob. ſerm. 72.*

Anonymus Lacon quidem diues bono & pauperi adoleſcenti filiam elocauit, qua de re cum à cognatis reprehenderetur, dixit, quē diuitem potius quam pauperem futurum expectem. *Stob. ſerm. 70.*

Martia Catonis F. cum rogaretur, cur poſt amiſſum maritum, denuo non nuberet? reſpondit, ſe non virum inuenire, qui magis eam vellet quam ſua. Quo dicto oſtendere voluit, diuitias magis in vxoribus ducendis eligi ſolere, quam pudicitiam, & morum honeſtatem: ac multos non oculis, ſed digitis vxores ducere. *Aut. eſt Hieron.*

Dionyſius ſen. Cum videret matrem ætate confectam, ſecundo nubere velle, eam ob cauſam à multis male audire, ait: Ciuitatis legibus vim quidem poſſe afferri, naturæ vero nequaquā poſſe. *Plut.*

¶ Similitvdo.

Stobæi. Quemadmodum Muſici proprium vocis tonum poſteaquam didicerint, tum demum conantur mediam conſtituere, vt & grauibus, & acutis conueniat, & neq; abrumpat, neq; vt inferior relinquat locum ſuum? Eodem modo nuptiæ concinnandæ ſunt iuxta proprium animæ tenorem, vt non ſolum in læta, ſed & aduerſa fortuna inuicem vnanimes degere poſſint. *ſerm. 68.*

¶ Exempla Biblica.

Nuptiarum ſecundarum *exempla*: Abraham, *Gen. 25. v. 1.* Abigail, *1. Sam. 25. 42.* Aſſuerus, *Eſther 2. 17.*

¶ Hieroglyphica.

Numerus tricenarius hieroglyphicum eſt *nuptiarum*: vt ſacrī Euangeliorum interpretes ſuper Matthæo affirmant, quod non multum abeſt à num. 32. per quem Ægyptii maritalem copulam ſignificabant. *Pier. Valer. 37 pag. 359. B.*

Cornicem in nuptijs omine auſpicatiſſimo nominari ſolitum fuit ex veteri inſtituto: vnde & *concordiæ & nuptiarum* habetur ſymbolum. Vide eundem *Pier. Val. lib. 20.*

Vide tit. de Coniugio, Matrimonio, & vxore.

FINIS LIBRI DVODECIMI.

POLYAN-